

professionem in unione et fraterna caritate omnes simul unire — procuret. Et ut hec — vestre provincie reunio — in domino stabiliatur, volo et precipio omnibus et singulis prioribus conventuum restitutorum sub debito obediencie et sub pena absolucionis a suis officiis, quatenus cum suis registris et supplicacionibus juxta morem provincie sint presentes in capitulo futuro provinciali profesto nativitatis virginis gloriose proxime venturo 5 (*Sept. 7*) celebrando in conventu Prinslaviensi, non obstante distancia loci illius. Et quia difficile foret originales has literas ad omnes conventus et fratres deferre, volo earundem literarum copia per notarium auscultata et sigillo provincialis vestri roborata et cuiquam vestrum per fratrem aut nuncium secularem insinuata faciat fidem *usw.* Datum Rome apud sanctam Mariam supra Minervam anno domini 1488 die decimanona mensis junii, 10 anno secundo.

Auscultata et bene collationata est presens copia per me Hermanum Grossmann clericum Maguntine diocesis publicum imperiali auctoritate notarium —, in cujus uberio rem fidem sigillum — domini prioris provincialis huic copie est appressum —.

255.

15

Torgau, 1488 Juli 1.

Hdschr.: Gleichzeitige Abschr. Ernestin. Gesamtarchiv Weimar wie No. 248 (der die Namen der Landesfürsten enthaltende Anfang fehlt, ebenso die Angabe an wen das Schreiben gerichtet ist.)

Ann.: Ebenda a. a. O. Canzleiconcept eines Schreibens von Kurfürst Friedrich und Herzog Johann an den Papst Innocenz VIII., worin dieselben die Bitte aussprechen, quatenus sanctitas vestra nostri gracia dignetur graciose 20 acceptare zcedulam inclusam literis nostris, quam devoti fratres ordinis predicatorum ducatus nostri patrocinio ope et auxilio progenitorum nostrorum reformati instituerunt ad sanctitatem vestram, et eisdem pro solita clemencia et benignitate sanctitatis vestre juxta eorundem justissimam petitionem de opportuno remedio providere in multorum Christi fidelium piam consolacionem atque tocius ecclesie christiane —. Datum ex arce nostra Torgensi vigilia visitationis Marie virginis gloriosissime (Juli 1) anno domini M^oCCCC^oLXXXVIII^o. 25

Kurfürst Friedrich und Herzog Johann schreiben dem General des Dominicanerordens Joachimus Turrianus unter Bezugnahme auf ihren in Betreff der Streitigkeiten zwischen den Predigerklöstern ihres Landes jüngst an ihn gerichteten Brief (No. 253), veridicis relacionibus accipimus quod dicta reformata monasteria ab ipso non reformato provinciali variis ac multiplicibus agitationibus et inquietacionibus molestentur ac eorundem 30 fratres false et inique, prout nos et nostri certam habemus scienciam, in plebe et coram vulgo levibus verbis accusantur, quod religiosas eorum mentes plerumque a divino cultu procul dubio distrahit. Qua de re coacti de provocando ad sanctissimum nostrum apostolicum appellacionem legitime instituerunt —. Sed quid igitur? cerciores reddimur literis Bernhardi Sculteti doctoris apud vos Rome, quod dictis fratribus reformatis pro 35 impetranda justicia apud sanctissimum nostrum omnis via juris per vos precludatur, que ante tamen et hodie fortasse adversariis suis patet aperta. De quo vix satis admirari possumus, cum juxta canonicas patrum sanctiones sanctissima sedes apostolica omnibus Christi fidelibus commune pateat refugium et asilum. Quas ob res desideramus ne istam appellacionem — quovismodo impediatis sed foveatis potius et promoveatis, aut vosmet 40